



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

40. Frater Regis Bungi, Rex Amanguccij eligitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

plant, ybi tutas iis præstaret latebras, dum ea tempestas desæuisset, at ecce dum eunt, in turmas equitum subinde incurruunt, stragem vbiique prædásque agentium, quorum in tanta ferri licentia manum incolumes effugisse, haud potest nisi miraculo tribui, par tam frugiferum suorum, regni eius fonsendis neophytis, & futuris ethnicorum conuersionibus seruante: sed cum nobilium diuitium domibus parum tuta esset securi fides, illos benefica mulier prudenti famulo conimisit, occultandos in cœnobio Bonziorum quod loco infrequentí construxerat, & suis sumptibus alebat. Verum sacrilegi, sibi concreditos dum vident, & mandari seruandos, quorum audieſ sanguinem bibissent; fremere, scilicet, conclamare, dæmones duos esse, aut dæmonis asseclas, tantum esse in iis seruandis flagitij, quantum promeriti in perdendis; tum exprobrando, si quam prædicabant, Dei cœli lex erat, cur transferre illos in cœlum moraretur is Deus, & secum in tuto collocare? si Iaponum Deos deprimebant, quod nec opitulari sibi, nec aliis possent, vt quid apud illos asylum captarent? sed acer fidusque famulus reuocare in mentem cui cœnobium, cui quotidianos deberent sumptus, minari atque indicere. Si Bonzios duos se multo meliores inuita domina expulissent, scirent sibi statim, & sedes alias & victimi aliunde videndum: quo metu absterriti, nostros demum admittunt, minimè quidem domi, sed in templi obstruso angulo, ybi esto inuisi, sed idolorum ingratissimi securi latuerunt. Verita denique sapiens fœmina ne à Bonziis proderentur, ad eos ipsimat adit, secumque in palatium perductos secreto conclavi secundum sua ipsius cubicula occluit, donec sedatis tumultibus ciuitas sibi restitueretur.

40      40 Hic placet aduertere, quām inconsultè Bonzij consultum sibi Frater Regis putauerint, dum per latus Principis sui & patriæ, nisi sunt interimer Bungi, Rex legem Christianam, vt eius exitio recuperarent lucra nefaria, & aucto Amanguccij ritatem collapsam repararent. Statu enim civili Amanguccij vrbis vtcumque instaurato, & coacto Senatu primorum capitum, de electione noui Regis, itum est omnium consentienti suffragio in fratrem Regis Bungi, fortissimum iuuenem, & magnis rebus natum: missis ad Regem oratoribus solemni legatione poscit, annuitque summa vtriusque voluntate, & publicis plausibus tam læta eleccio celebratur, quibus etiam Xauerius, sed altiore consilio sua gaudia coniunxit, Dei nutu peculiari fatus ratus vt extra omnem expectationem regnum Principi deferretur Christianæ rei propitio, nec eum se felicit sua mens, eiisque pignus mox certum accepit, rogatus enim Rex pro ea qua ipsum complectebatur benevolentia, vt Christianos Amanguccienenses fratri commendaret, id egit tam efficaciter, vt fide regia polliceretur Xauerio, nihilo ipsis fore Amanguccij minus benevolum & fauentem, quam Bungi Rex frater; quod & constantissime præstitit.

41      41 Dies Funaij quadraginta vir sanctus egerat, quæstu anima Monita Xarum longè supra temporis breuitatem, & monebat annus Lusitanos de nauiga